

## Auvergne 3 (lat)

### LIBERTATEM

In Dei nomen ego ille. Metuens casum fragilitatis, et dum fragilitas humanum genus pertimescit ultimum vite temporibus [transpositione]<sup>a</sup> ventura, opo|rtet<sup>1</sup>, ut non inveniatur unumquemque inparatum, ne<sup>b</sup> sine aliquis operis bonum respectum, nisi homo, dum suum iure et potestatem [consistit]<sup>c</sup> praepararet sibi viam salutis, per quem ad eternam beatitudinem valeat pervenire.

Propterea vindictam<sup>d</sup> habuit liberare ancilla mea nomen illa unacum fantes<sup>e</sup> suos illus et illus, quem de alode visi sumus habere, de omni iugo servitutis meis pro peccatis meis minuandis. Ipus praecipimus esse bene ingenuus et absolutus in puplico, nam non in secreto, Arvernus civitatis, domum matris aecclesie sancto illo, ubi<sup>f</sup> Christi nomen ille episcopus pontifex tunc tempore preesse<sup>1</sup> dignoscatur, ante cornum<sup>g</sup> altaris in presentia<sup>i</sup> presbiteris, diaconibus, clericis vel in presentia plurimarum<sup>h</sup> personarum, qui ipsa mano<sup>i</sup> subter fi[r]maverunt<sup>j</sup> de iugum servitutis meis pro peccatis meis minuandis<sup>k</sup> sicut iam diximus. Quicquid persona aut religiosi de<sup>l</sup> mancipia data libertate conferre voluerit, secundum legem romanam hoc facere potest, id est latina, dolitia et cives romana. Meliore statum habet<sup>m</sup> testamentum condere, testimonium perhibere, emere, vindere, donare, commutare habeat potestatem, sicut et alii cives Romani; ut nullum nulle<sup>n</sup> heredum<sup>2</sup> ac proheredum nihil debeant servicio, nec lecimonium<sup>o</sup> nec<sup>p</sup> honus patronati nec nulla obedientia ipsius non requiratur, nisi hiant et maneant ubicumque voluerint porte aperte, cives romanae se esse cognoscant. Defensionem vero tam aecclesia vel om[i]nem<sup>q</sup> ubicumque expetire voluerint; licentiae tribuimus ad fatiendum in omnibus, qui[c]quid<sup>r</sup> voluerint. Et si de ipso aliquis generatum fuerit, inienui<sup>s</sup> permaneant. Sane si quis...

<sup>a</sup>transpositione] *ergänzt, fehlt P<sub>14</sub>, vgl. Marculf II,4* pertimescit ultimum vitae temporis subitanea transpositione ventura

<sup>b</sup>ne] ne[que] *ergänzt Roz*

<sup>c</sup>consistit] *ergänzt, fehlt P<sub>14</sub>, vgl. Marculf II,4* dum suo iure et potestate consistit, *so auch Zeu*

<sup>d</sup>vindictam] [per] vindictam *ergänzt Roz*

<sup>e</sup>fantes] = infantes; infantes *emendieren Roz, Zeu*

<sup>f</sup>ubi] ubi [in] *ergänzt Roz*

<sup>g</sup>cornum] cornu *Roz*

<sup>h</sup>plurimarum] für plurimatum *P<sub>14</sub>, so auch Roz, Zeu*

<sup>i</sup>mano propria] für manopa *P<sub>14</sub>, so auch Roz (Vorschlag), Zeu*

<sup>j</sup>firmaverunt] für fimaverunt *P<sub>14</sub>, so auch Roz, Zeu*

<sup>k</sup>minuandis] (= minuendis) für manuandis *P<sub>14</sub>*

<sup>l</sup>de ... eorum] für deorum *P<sub>14</sub>, so auch Roz, Zeu*

<sup>m</sup>habet] habe[a]t *emendiert Roz*

<sup>n</sup>nulle vel] *Roz schlägt vor nullum nulle vel zu nulli nulleva zu emendieren; nullevel Zeu*

<sup>o</sup>lecimonium] letimonium *Roz, Zeu*

<sup>p</sup>nec] für hne *P<sub>14</sub>, so auch Zeu*

<sup>q</sup>ominem ... timentium] für omnem D[omi]ni timentium *P<sub>14</sub> (dn̄/dm̄ Verwechslung), vgl. Auvergne 4: ominem Deum timentium; omnem Deum timentium emendiert Zeu, der auch vorschlägt omnem als hominum zu lesen; omnem Dium timentium emendiert Roz*

<sup>r</sup>quicquid] für quiquid *P<sub>14</sub>*

<sup>s</sup>inienui] für inieiuini *P<sub>14</sub>, so auch Roz*

<sup>1</sup>[fol. 51<sup>r</sup>]

<sup>2</sup>[fol. 51<sup>v</sup>]

<sup>3</sup>[fol. 52<sup>r</sup>]